Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Gene

sunt quod uxor ipsius est. et interficient
me. et te reseruabunt. Dic ergo ob
secro te quod soror mea sis. ut bene sit
michi propter te. et uiuat anima mea
ob gratiam tui. Cum itaque ingressus
esset abram egyptum. uiderunt egy
ptii mulierem quod esset pulchra
nimis et nunciauerunt principes phara
oni. et laudauerunt eam apud illum. et
sublata est mulier in domum phara
onis. abram uero bene usi sunt propter illa
Fuerunt que ei oues. boues. et asini. et
serui et famule. et asine et cameli.
Flagellauit autem dominus pharaonem
plagis magnis. et domum eius propter
saray uxorem abram. Vocauitque
pharao abram et dixit ei. Quid nam
est quod fecisti michi. Quare non in
dicasti michi quod uxor tua esset. Quam
ob causam dixisti sororem tuam esse. ut
tollerem michi eam in uxorem. Nunc
igitur ecce coniux tua. accipe eam et
uade. Precepitque pharao super abram
uiris. et deduxerunt eum. et uxorem
illius. et omnia que habebat. XIII

Ascendit ergo abram de egy
pto. ipse et uxor eius et omnia
que habebat. et loth cum eo.
ad australem plagam. Erat autem
abram diues ualde in possessione au
ri et argenti. Fuerunt que ei oues et
boues. asini. et serui. familie et came
li. Reuersusque est per iter quo uene
rant a meridie in bethel usque ad locum
ubi prius fixerant tabernaculum.
inter bethel et ay hay. in loco altaris
quod fecerat prius. et inuocauit ibi
nomen domini. Sed et loth qui erat
cum abram fuerunt greges ouium
et armenta. et tabernacula. nec po
terat eos capere terra. ut habitarent si
mul. Erat quippe substantia eorum
multa. et nequibant habitare communi
ter. Unde facta est rixa inter pasto
res gregum abram et loth. Eo autem
tempore chananeus. et ferezeus ha
bitabant in illa terra. Dixit autem
abram ad loth. Ne quaeso sit iurgi
um inter me et te. et inter pastores me
os et tuos pastores. fratres enim sumus
ecce uniuersa terra coram te est. recede a
me obsecro. Si tu ad sinistram ieris.
ego dexteram tenebo. sed si tu dexteram
elegeris. ego ad sinistram pergam.
Eleuatis itaque loth oculis. uidit om
nem circa regionem iordanis que uni
uersa irrigabatur antequam subuerteret
dominus sodomam et gomorram. si
cut paradisus domini. et sicut egyptus ue
nientibus in segor. Elegit que sibi loth
regionem circa iordanen. et recessit
ab oriente. Diuisi que sunt. uel diuisit
que sibi alterutrum a fratre suo. Abram autem
moratus est in terra chanaan. Loth
uero moratus est in oppidis que erant
circa iordanen. et habitauit in sodomis.
Homines autem sodomite pessimi
erant. et peccatores nimis coram domino
Dixit que dominus ad abram post
quam diuisus est loth ab eo. Leua o
culos tuos in directum. et uide a loco
in quo nunc es. ad aquilonem et me
ridiem. ad orientem. ad occidentem
Omnem terram quam conspicis tibi dabo
et semini tuo usque in sempiternum. Faci
am que semen tuum sicut puluerem
terre. Si quis potest hominum nume
rare puluerem terre. semen quoque tuum
Surge numerare poterit
et perambula. XIIII